


H
B
18
14 (97)

EXCELLENTISSIMÆ
 PRINCIPĪ,
 AUGUSTISSIMÆ HEROINÆ,
 Præclarissimæ Dominæ
 D. HELENÆ
 DE
 TAVORA,

QUÆ

*Etsi per tot Avorum torrentes limpidissimos
 Illustrem Parentum sanguinem propinavit,
 Auræ adhuc tantæ Nobilitatis venas
 Illustriores facit:
 Nam
 Clarissimorum Heroum, ac Heroinarum.
 (A quibus Cælestem quidæ Animû cū sanguine duxit)
 Gloriosissimas imagines è Cælo evocatas
 Unica, & viva in imagine,
 Veluti in speculo lucidissimo,
 Reddit, & componit.
 Virtus enim, quæ Maximos Paternos,
 Maternosque Manes illustravit,
 In Hac Una cumulatissime elucet.
 De Hac merito cani potest
 Virgilianum illud effatum:
 Virtus coit omnis in unam.
 Pandoram diceretis omnium virtutum,
 Si animum expectetis:
 At,
 Minervam è melioris Iovis cerebro eductam,
 Si sapientiam rimamini:
 Scit enim non minus necessariam,
 Contra ignorantiam eruditam animam,*



*Quam adversus malitiam piissimam.
 Utrumque offert ad invidiam omnium
 Tantæ Viragini,
 Disparis exercenda virtutis
 Pares occasiones.
 Astræa è cælo,
 Quò abierat,
 Denuo videtur evocata,
 Ut suum cuique tribuatur.
 In neutram inclinante partem Iuris lance,
 Par est fovendis omnibus;
 Neutrum despiciat,
 Aut in humili, aut elevato loco jaceat,
 Etsi utrumque despiciat.
 Adeo igitur, & Tuis eluces auspicijs,
 Augustissima Domina,
 Nam,
 Nisi Theses has jurisprudentiæ.
 Tuo confirmentur oraculo,
 Nihil in jure æquum, & justum;
 Nullum in contractibus pactum firmum,
 Merito statuit jurisprudentia.
 Hinc igitur,
 Quoad supremum gloriæ apicem.
 In jurisprudentiæ Stadio evebatur.*

D. V. & C.

EXCELLENTISSIMAE

PRINCIPIS

AUGUSTISSIMAE HERONIAE

Præclarissimæ Dominae

D. HELENAE

DE

TAVORA.

Handwritten marginalia: (99) and other illegible marks.

Vertical column of Latin text on the left side, containing several lines of a letter or inscription.

Vertical column of Latin text on the right side, containing several lines of a letter or inscription.

D. V. & C.

PRO PRIMO
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO,
PONTIFICIAS
CONCLUSIONES
DEDUCTAS

EX
ELEGANTER, SUBTILITER, AUREOQUE PRÆNO-
 tatis ad perdifficilem, perutilemque materiam tituli Cod. de
 Hæredibus instituendis, nunc insertis in titulo de Testa-
 tamentis. lib. 6.

PRÆSID E

NOBILISSIMO, PRÆCLARISSIMO, PARITERQUE
SAPIENTISSIMO DOMINO

D. ANTONIO DE ANDRADA
REGO

Infulatæ Juris-prudentiæ Professore dignissimo, In Portuensi Senatu Senatore
Integerrimo, In Regali Collegio Collega, ac sæpe Rectore vigilantissimo,
ad suprema dignitatum fastigia omnium conclamatione auf-
picatissimo?

DEFENSURUS
GUNDISALVUS JOSEPH CORREA
DE ALMEYDA,

Suo quinto juris Canonici anno, die 9 hujus mensis, hora 7 Interro-

PRÆLIMINARIS QUÆSTIO:

Utrùm Institutio hæredis possit induci ex conjecturis?

PRO PRIMO
 LITTERARUM EXAMINE SUBEUNDO,
 PONTIFICIAS
 CONCLUSIONES
 DEDUCTAS

EX
 LEGANTER, SUBTILITER, AUREOQUE PRINO-
 tatis ad peritiam, peritiamque materiam tituli Cod. de
 Hæredibus institutis, non inferis in titulo de Testa-
 timentis. lib. 6.

PRÆSIDENTE
 NOBILISSIMO, PRÆCLARISSIMO, PARITERQUE
 SAPIENTISSIMO DOMINO

D. ANTONIO DE ANDRADA
 REGO

Insuper Juris-prudentie Professore dignissimo, In Portuensi Senatu Senatore
 Intergrissimo, In Regali Collegio Collegæ, ac sæpe Rectore vigilantissimo,
 ad supremam dignitatem, et in omni consuetudine
 præclarissimo.

DEEENSURUS
 GUNDISALVUS JOSEPH CORREA
 DE ALMEYDA,
 suo quinto juris Canonici anno, die 7 hujus mensis, hora

PRÆLIMINARIS QUÆSTIO:
 Utinam Institutio hæredis possit induci ex conjecturis?



Institutio hæredis est præcisè necessaria ad validitatem testamēti.

Etiam de Jure Regio affirmamus necessariam talem institutionem, ut testamētum subsistere possit.

re possit.

3 Hæc tamen in Codicillis inutilem judicamus.

4 Nequè etiam testamentum ad pias causas factum sine hæredis institutione subsistere arbitramur.

5 Hoc etiam procedere in testamento patris inter liberos, pro viribus defendimus.

6 Et quod magis est, extendimus eandem resolutionem ad testamentum militis quantumvis in jure magnoperè privilegiatum.

7 Divisionem heredis in *Necessarium*, *Suum*, & *Necessarium*, ac *Extraneum*, adæquatam esse contendimus.

8 Dubitabis: Utrum Verbum, *Instituo*, propriè, & strictè sumptum, discriminetur à verbo *substituo*? Longe diversam inter utrūque in certamine differentiam assignabimus.

9 Inspectâ Consultorum ætate, debebant testatores testamenti initium ab hæredis institutione capere.

10 Exhæredatio verò, etiam jure antiquo, poterat validè scribi ante hæredis institutionem.

11 Utrum autem substitutio posset tunc temporis validè fieri antè hæredis institutionem? Interrogati dabimus.

12 Ante hæredis institutionem, inutiliter antea legabatur.

222
13 Ne vero videamur suprema testantiū elogia scrupulosius evertere, hodie indignam, & à ratione alienam reputamus strictam ordinis observationem; quapropter valere legata, & libertates, licet ante hæredis institutionem scriptas, dicimus, & tuemur.

14 Hæredis institutio olim verbis obliquis, aut communibus fieri non poterat; sed requirebantur verba directa legitima, & imperativa.

15 Difficillima oritur quæstio: utrum scilicet verbum *Lego* universitati bonorum adjunctum, sufficeret olim ad hæredis institutionem inducendam? Negantium partes nobis tuendas amplectimur.

16 De jure novo, valet hæredis institutio, quibuscunque verbis fieri contingat.

17 Maior infurgit difficultas: Utrum Testator, cui præ mortis angustia oppresso lingua ingrossatur, possit nihilominus balbutiens instituere hæredem?

18 Affirmare placet, dummodo verba intelligibilia proferat.


18 Hæredis institutionem tribus tantummodo verbis scilicet: *Lucius heres esto*, faciendam, judicamus.

19 Quam resolutionem ad institutionem factam per hæc verba, *Lucius heres*, seu *Lucius esto*, extendere non formidamus.

20 Non tamen semper validam judicamus talem institutionem factam unico tantum verbo; v. g. *Lucius*, sed aliquando.

21 Magna infurgit difficultas: utrum institutio hæredis facta ^{verbis continetur} possit subsistere? esse validam nobis placet defendere.

- 22 Post Imperatoris Constantini constitutionem, quacūque linguā fiat institutio hæredis, est valida.
- 23 Non tamen admittimus factam nutu, vel signis sed prorsus inutilem asserimus.
- 24 Neque etiam in testamento quantumvis privilegiato valet institutio hæredis per nutum facta.
- 25 Si testator interrogatus: Quem velit sibi hæredem instituere, respondeat *Titium*, vel *Sempronium*, existimamus valere institutionem.
- 26 Etiam autumamus valere institutionem, quando aliquis testatorem per hæc verba interrogaverit: *Instituis me hæredem?* & ille reddat, *Sic*.
- 27 Pro Coronide tandem, præliminarem quæstionem negativè resolvere nobis placet.




CONIMBRICÆ:

Ex Typog. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Societ. JESU,
Superiorum gratiâ Anno Domini 1714.



D. V. & C.



1788
X

Inclusiones
quarum
Cuvilliers